

cies *holci*; sed quod ex minimâ fistulâ non licuit determinare.

Quæso, ne graveris communicare aliquam observationem pro *Materiâ meâ medicâ* \*, quam proximo anno mense Januarii, edere in animum habeo.

Disposui plantas secundum systema, in lineâ :

1<sup>a</sup> Nomen *genericum* et *specificum*;

2<sup>a</sup> *Synonymus selectus*;

3<sup>a</sup> *Locus natalis* et *patria*;

4<sup>a</sup> *Nomen officinale*, *præparatio*, etc.;

5<sup>a</sup> *Qualitas odoris*, *fulgoris*, etc., etc.;

6<sup>a</sup> *Vis*, *agendique modus*, *resolvens*, *pellens*, *corroborans*, etc., etc.;

7<sup>a</sup> *Usus specificus*, seu morbi in quibus, ex observationibus expedit;

8<sup>a</sup> *Composita receptissima* quæis planta ingreditur.

Sic octo lineis singulam speciem absolve compendiosèque, in usum auditorum.

Si velis aliquid mittere de usu præfato, erit mihi gratissimum tua proclamare digna elogia.

---

\* *Materia Medica Regni vegetabilis*, Holm., 1749, in-8°.

*Materia Medica Regni animalis*, Ups., 1750.

*Materia medica Regni lapidei*, Ups., 1752.

( Cf., *Am. Acad.*, vol. II et III. )